

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

III. Ad quem pertineat definire verum & liegitimum sacræ scripturæ
sensum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

addidet gnoretur) ab vniuersa tamen Ecclesia communiter rece-
Hebrai, pta, & nouissimè in Concil. Trident. Authentica declar-
am, & ta est; ac proinde in qua verum & legitimum Dei verbum
est, vt continetur. Vnde sequitur omnia & singula, qua in Ca-
nonicis sacrae Scriptura libris secundum illam authenti-
phrasim cam editionem continentur, pertinere ad fidei diuinæ
excipi obiectum; & tanquam diuinitus reuelata & attestata, ab
Danielis omnibus esse recipienda, & credenda.

SECTIO III.

*Ad quem pertineat definire verum & legitimum
sacrae Scripturae sensum.*

ANequam ad propositam quæstionem respondeamus, supponendum est tanquam certum, multis in locis S. Scripturae sensum esse maximè reconditum & , qua abstrusum; vnde fit, vt non sine magna difficultate percipiat & intelligi possit. Hoc constat ex epist. 2. S. Petri, cap. 3 ante vlt. vbi loquens de epistolis S. Pau li dicit, in illis esse quædam difficilia intellectu, quæ indotti & instabiles depravant, scilicet in ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem: & S. Ambrosius Epistolâ 44. ad Constant. Mare, inquit, est Scriptura diuina, habens in sensu profundos, altitudinem Prophetarum etiam corum Ænigmatum, &c. S. item August. lib. 2. de Doct. Christi, cap. 7. postquam dixit Scripturam sacram plenam esse multiplicibus obscuritatibus & ambiguitatibus, addidit hæc verba: Quod totum prouisum diuinitus esse non dubita ad edemandam labore superbiam, & intellectum a fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerumque viluerunt.

Ex quibus patet, quam falso heretici huius temporis dicant scripturas esse apertas, & cuius ad interligendum facillimas, nempe ut eo praetextu eas ad libitum contorqueant.

Cum igitur Scriptura sacra obscura sit, & interpretatio-

ne

ne indigeat; quæritur, vnde petenda sit illa interpretatio
& ad quem pertineat eius verum ac legitimum sensu
definire. Pro cuius quæstionis resolutione.

Dicendum primum, verum ac legitimum scripturæ se-
sum petendum non esse ab ingenio ac iudicio priuato c-
iusq; hominis. Probatur ex verbis Hierem. c. 23. *Nolite au- An p*
re verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt v-
isionem cordu sui loquuntur, non de ore Domini. Et ex epist.
§. Petri c. 1. vbi dicit, quod omnis Prophetia scripturæ prop-
interpretatione non sit; quibus verbis (ut exponit glossa O
dinaria super hunc locum) declarat scripturæ expositi-
nem & interpretationem petendam non esse ex proprietate
ingenio. Quod confirmatur ex verbis proximè sequen-
tibus, ex quibus sic possumus argumentari: eodem ingenio
ac iudicio libri sacri interpretandi sunt, quo scripti fu-
runt; atqui humano ingenio ac iudicio non fuerunt co-
scripti: ergo non sunt ingenio aut iudicio humano exp-
andi seu interpretandi.

Dicendum secundò ad Ecclesiam pertinere de vero
legitimo sensu scripturarum iudicare. Id constat ex Co-
cil. Trident. in decreto saepius iam citato sess. 4. vbi ha-
verba habentur: *Præterea ad coercenda petulantia ingeni- O*
decernit sancta Synodus, ut nemo, sua prudentiae innixus,
rebus fidei, & morum ad edificationem christianæ Doctrinae pa-
tinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens; con-
tra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia: c-
uius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Scripturarum
sanctorum; aut etiam contra unanimem consensum Patrum,
psam Scripturam sacram interpretari audeat.

Vnde appositi ad huius veritatis confirmationem
August. contra Cresconium cap. 33. Tunc, inquit, scriptu-
rarum a nobis tenetur veritas, cum id facimus, quod
uniuersa placuit Ecclesia, quam ipsa
scripturarum commendat
authoritas.

SE